

Illustri Viro Dno Phronio Castellano Cracoviensi.

30^{to} 1563.

51.)

S. D. Illustris et Magnifice Domine. Clarissimus Vir Dn. Christophorus Thoretus mihi cum alia his diebus necum reverso ex patria s. quam in hostium potestate reliqui discedens eo die quo occupata Lubberga fertur ante tres dies capto Wurteburgo, proficiente s. capite belli illi, Wilhelmo Grumpachio s. Tunc ipse Thoretus narrauit, et esse illustri Magnif. Tunc erga me voluntatem perbenignam s. quo sane sum debita subiectione vehementer letatus s. et in Polonia vestra misarumq. heresium renovari, et aliter quasi vestita hoc tempore produci, quod mihi audita fuit tristissimum, maioremq. etulit dolorem, quam patrie clades et mea incommoda atq. detrimenta, cum Ecclesia Christiana communitas pijs omnibus esse debeat prima et antiquissima. Sed hoc me gravissime perturbavit, quod idem retulit Thoretus, ab ista tumultuatrice vesania, meum etiam nomen usurpari, et prebendi funesta opinioni sua. Ego vero in Theologis aut is qui res divinas disputandas explanandasq. sibi esse statuunt, meum nomen professus nunquam fui, neq. istud donum mihi collatum divinitus esse sensi, neq. in tales tractationes superantes vires meas ingerere, tenuitatem meam volui. Communis veritate coelesti sententiam celare non debui. Itaq. de hac prodita scriptis Prophetis et Apostolicis consensum catholicum Ecclesiam studiosè putavi perquirendum, ut certa esset doctrina, in qua antitradita, eor. ita volentibus summis quibusdam viris ante annos aliquot Graecè, et nuper Latine hinc edenda curavi. Optarem a. et illa et omnia mea scripta interire, atq. extinguere, si expositionis meae vitio aut culpa in errorem aliquis induci deberet. Sed si potulantes et turbulentis homines sua dementia quasi adminicula querentes aliunde confirmationem calumniosè arripiunt scelerate audacia, non accipari illi scripta, sed ab absentiam his improbitatem fuerit. Nam ne saeculorum quidem literarum monumenta ab isto genere tuta sunt, quarum testimonijs confidenter, uti rabies hereticorum

solent. Iudicat a. Thretius quorundam sic de Catechetico libello huius edito
istis loqui, quasi improbetur in eo Symbolum Athanasii nomine cele-
bre. Atque est profecto insania ista admodum inops et mendica, sita-
tia etiam conquirendo colligit sane fatendum est ab Eradicis qui-
busdam et diligentibus dubitatum fuisse, an istam formam et seriem
expositionis hoc modo prescriptam ab illo auctore fuisse, affirman-
dum esset. Quos movit etiam mentio Sancti Spiritus, quae ibi fie-
ret, vera illa quidem et orthodoxa, sed minus dyerata et exquisita,
quam à Graecis solet. Esse quidem Episcopi praestantis sanctitate et
pietate religiosa Athanasii illam quae Symbolo eorum capitibus istis com-
prehenditur, sententia declaratur perspicue scriptis ipsius, quae ego eti-
am Graeca aliquando penes me habui. Et est eadem consentientis Ecclesiae
Christi concors sententia. Ut qui contra aliquid afferre audeat, is pro
desertore veritatis caelestis habendus et non verbis refellendus sed op-
ciendo vitandus, vel si potentia obstat, omnibus modis fugiendus
sit, qui magis oppugnatores illius tanquam diabolicos obsecratores
excerandos detestandosque esse deimus. Ut autem nefaria haec petu-
lantia his maxime temporibus perniciosa est, sic benignitate Dei
eterni in ea consistere aut progredi vix quisquam poterit, qui
se non statim ab Ecclesia sancta Catholica Christi Jesu separat,
cum luculenter et copiose dogma de unius Dei essentia seu natura
quae Graecis nominibus *Θεός* et *Πατήρ* appellatur, et tribus perso-
nis, quae *Υπόστασις* explicatur, et adversantes confutati sunt
libris imprimis Athanasii, Basilii et Gregorii tum Nazianzeni,
tum Nisseni. Quod si qui bene constituta dissipare, et evidenti-
bus caliginem inducere, excogitationum suarum vanitate uident,
cum illis prorsus non disputari fuerit melius, praestiterint, tales
in pernicacia sua permanentes vel exterminari ex Ecclesia
congregatione, vel si hoc fieri nequeat, relinqui et secundum
Apostoli praecipuum admonitos devitari. Observatum a semper
fuit ferè vel eodem vel propinquo tempore Ecclesiam simul
et Rempublicam commoveri atque conungi. Id quod nunc quoque expe-
rimur. Ardentibus igitur precibus imploremus Filium Dei, ut exci-
tatos ipse.

59
tatos ipse fluctus et procellos istas sedare velit. Hoc T. Ill. Magnif.
petente. Thretio, et gratum acceptumq; meum studium illi fore
perhibente, sane festinante inter varias multiplicasq; animi
solicit: curas significanda submisso obsequio censui, offerens
meam ad ⁱⁿserviendum Jh. Magnif. Tui voluntati operam pro mea
seni parte in rebus omnibus. T. Illustr: Magnif. bene valeat. Vale
Lipsia pridie id: Octobr. 1563.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



